

otro, (10) así como el testador mandó; facendo ende la quarta parte (11) de toda la herencia, que puede tener para sí. E esta quarta parte es llamada en latin, trebellianica. E si este que así fuesse establecido por heredero, non quisiere recibir la heredad, o despues que la ouiere recebido, non la quisiere entregar al otro, puede apremiar el Judgador (12) del lugar, que lo haga.

TITULO VI.

De como los Herederos pueden auer Plazo para conseyarse, si tomaran aquel heredamiento en que fueron establecidos Herederos, o non: e como se deve fazer el Inuentario. Otrosi, como deve ser la muger guardada despues de muerte de su marido, quando dizen que finco preñada del.

Eligros, e trabajos muy grandes a las vezes vienen a los herederos, quando son dañosas las herencias en que fueron establecidos.

ta. per Andream de Isern. de controver. inter mascul. & femin. de beneficio. colum. fin. & per Speculator. titul. de loca. §. nunc aliqua. versic. 59. & 62. & quæst. 76. & quæst. Decius. consil. 146. tertio dubio. & Alexand. consil. 15. colum. 8. 4. volum. Socius. consil. 167. antepen. & penult. colum. 2. volum. & an id. quod filius percepit, agens ad supplementum legitimæ, computetur in eo, quod sibi debet restitutum iure fideicommissi? Vide Bartol. quod sic, per rex. ibi in leg. liberti. §. filium. ff. de ann. legat.

(10) Al otro. Et si vivente fideicommissario, fideicommissum sit delatum, transmittitur ad hæredes, secundum Bart. qui bene hanc conclusionem probat. & sequuntur ibi Doct. in leg. cum filio. in princ. ff. de leg. 1. & limita. & intellige. ut per Bart. & Paul. de Cast. in leg. quidam ita. in princ. ubi bonus text. ff. ad Trebell. fideicommissum verò conditionale ante eventum conditionis, non transmittitur, ut in leg. unica. §. si autem sub conditione. C. de cadu. toll. quod etiam gloss. in leg. unica. C. de bis. qui ante apert. tabul. voluit procedere, etiam si esset de liberis ad liberis, & ita committitur tenetur contra gloss. quæ contrarium voluit in leg. is. cui. §. fin. ff. de adio. & obligatio. ut adducit Bald. in leg. si in personam. C. de fideicommissi. & Gualtel. Benedic. in repet. cap. Raynuntius. super verbo. si absque liberis. 2. in tractatu fideicommissaria substitutionis. solo totius repetition. 342. col. 2. non potest tamen jus fideicommissi universalis cedi. & delegari, & sic procuratori in rem suam non potest fieri restitutio fideicommissi, ut probatur in leg. si mulier ita dotem. §. ex esse. ff. de iure dot. dicit tamen Angel. in leg. apud Julianum. §. utrum. ff. ad Trebellian. & sequitur Paul. de Cast. in leg. restituta. in princ. eod. tit. quod procurator in rem suam, ut cessionarius, cui fideicommissarius celsit iura sua, bene potest petere, ut cedenti fiat restitutio ad commodum cessionarii, licet non possit petere, ut fiat sibi per dict. §. si ex esse. & quod ita optinuit Bononiz. Adverte tamen, quod de aequitate juris canonice, ut inferius tangam: non videtur opus esse aliqua actuali verbali, vel reali restitutione fideicommissi: imò illo die fideicommissi cedente, hæreditas transit ipso iure in fideicommissarium substitutum, ut est text. & ibi ad hoc ponderavit eum Bald. colum. 6. in cap. in presentia. de probatio. & secundum hoc iura jam competentia, fideicommissario cedenti, transirent in cessionarium, qui posset petere: ut actualiter sibi tradatur. Cogita tamen, quia per hoc non videtur recedendum à dispositione, dict. §. ex esse. & à doctrina Ang. ad quod faciunt dicta Paul. de Cast. in leg. qui ita. §. 1. ff. ad Trebel. super gloss. quæ incipit. ergo: procuratori tamen fideicommissarii habenti, ad hoc speciale mandatum bene potest fieri fideicommissi restitutio: & tunc iura, recta via, in fideicommissarium transeunt: nec momento resident apud procuratorem dict. leg. qui ita. §. 1. ff. ad Trebellian.

ca. La quarta parte. Hæc vulgò dicitur Trebellianica inducta fuit per Senatufconsultum Pegasianum,

ut in §. sed quia, in sit. de fideicommissi. heredi. & de ista habetur, ff. C. ad Trebellian. & in cap. Raynuntius. de testat. & cap. Raynaldus, de hac etiam habetur in leg. fin. titulo 11. infra ead. part. ubi vid. quæ in materia hujus quartæ, Deo dante, dicam.

(12) Apremiar el Judgador. Et sic, iudicis officio fit ista coactio, ut est in §. quia autem, in sit. de fideicommissi. heredita. L. quia poterat, ff. ad Trebellian. quod si adiret, sponte, cogetur hæreditatem restituere, actione directa, vel vtili, ex eo testamento, gloss. in leg. restituta. §. 1. ff. ad Trebell. & in leg. ex ea. C. eod. tit. Bart. in leg. legatarius. §. 1. & in leg. non est cogendus. ff. ad Trebellian. & quando servus institutus posset cogere hæredem adire, vide distinctionem Bart. in leg. si res aliena. §. servus. ff. ad Trebellian. & hæres, qui coactus adiit, posset cogere fideicommissarium, & ejus hæredem, ut hæreditatem recipiat: & si hæredem non reliquit, bona vendi debent, & creditoribus assignari, L. postulante, in princ. ff. eod. hæres namque debet manere sine incommodo, L. quia poterat, eodem tit. ubi etiam habetur, quod hæres, qui coactus adire, non habet quartam Trebellianicam, adde L. ita tamen, §. qui suspellam, ff. eod. & ab illa leg. quia poterat, usque ad leg. ex facto, videbis multa circa istam coactionem hæredis, & in leg. nam quod. §. qui compulsus, videas per Paul. de Cast. usque ad quod tempus posuit recedere recusans adire, ut posset habere hanc quartam, & legit illum §. sub leg. apud Julianum, an autem, qui coactus adire: non solum perdat quartam, sed etiam jus dicendi fideicommissum esse nullum, videtur de mente Bart. in dict. leg. apud Julianum, §. si de testamento, ff. ad Trebellian. quod etiam perdet istud jus dicendi nullum, quod Paul. de Cast. dicit ibi esse singulare: si tamen esset verum & de veritate hujus dicti dicit se dubitare: & non decidit, tu vide illum text. nam ex eo deciditur ista quæstio, meo iudicio, ut licet hæres coactus adeat, adhuc possit dicere de nullitate fideicommissi: hodie verò in regno isto propter dispositionem, L. 1. ordinati. tit. 2. lib. 9. L. 1. ex ipsa lege hærede nolente adire, vel repudiante: hæreditas vadit ad substitutum fideicommissarium, unde cessabant hodie istæ subtilitates, & an fractus juris communis super coactione hæredis adire nolentis, & illi circuitus inanes, in quo dict. L. ordinamenti sequuta fuit æquitatem juris canonice, de qua dixi in gloss. super parte. alio, secundum quam æquitatem, ut dicit Gualtel. Benedic. in dict. versic. absque liberis, iudicatur in Parlamento Tholosæ, erant etiam de jure antiquo aliqui casus, in quibus adiones transibant in fideicommissarium, etiam absque alia restitutione, quos vide in leg. per. §. cum autem, & ibi per gloss. C. ad Trebellian. & per Alex. in leg. 1. §. sed & quotiens. ff. eo. in quibus, neque etiam in aliis hodie de jure regni non transit possessio, nisi restitutione facta, gloss. in dict. §. sed & quotiens. cum aliis allegat. per Bald. in dict. leg. pen. in quæst. finali.

TITULUS VI.

blecidos: e mayormente, si las deudas, e las mandas, que son a pagar, son mayores, e montan mas, de quanto vale el heredamiento. E por deluiar los herederos deste peligro, e de este daño, touieron por bien los Sabios antiguos, que pudiesen ante auer conseyo, que rescibiesen la heredad, si les era pro, o daño, en tomarla. Onde, pues mostramos en los Titulos ante deste, de como los herederos pueden ser establecidos en los testamentos, queremos aqui dezir, de como pueden demandar plazo, para demandar conseyo, si rescibiran la heredad en que los establecieron. E mostraremos, que cosa es este plazo. E a que tiene pro. E quien lo puede demandar. E a quien. E quando. E quanto tiempo deve ser otorgado, para tomar conseyo. E en que manera deve tomar la herencia del finado, si el entendiere que le es prouechosa; o desecharla, si la non quisiere.

Ley 1. tit. 3. lib. 5. Recop.

L E Y I.

Que cosa es el Plazo, quel heredero deve auer para conseyarse, si tomara la herencia, o non: e a que tien pro, e a quien lo puede demandar, e quien non.

Formari mus in cap. fin. in joro comp. jur. 13. n. 2. pag. 823.

Deliberare, in latin, tanto quier dezir, en romance, como auer ome acuerdo por sí mismo, o con sus amigos, (1) si es bien de fazer aquella cosa, sobre que tomo plazo para conseyarse. E tiene grand pro (2) este deliberatio. Partida VI.

L E X I.

De liberare idem est, quod cum amicis consilium an recipiat hæreditatem quis habere: & prodest ut informetur deliberans an sit ei lucrosa, vel damnosa hæreditas: quoniam deliberationem potest habere is cui hæreditas est delata: sed si servus est institutus ejus curator petere debet deliberationem, & si minor, ejus curator: & debet peti ante aditionem hæreditatis. Hoc dicit.

(1) Con sus amigos. Sequitur dicta Azo. in summa, C. de jure deliber. col. 1. versic. deliberare.

(2) Grand pro. Deliberatio indicibus hominum caloribus refrenat: & à malo iudicio retrahit, cap. anteriorum, in princ. & ibi Archidia. 2. quæst. 6. & in autem. de appella. & intra qua tempo. colla. 4. in princ. & vide Aristot. 6. ethicorum, cap. 7. & dicit Bald. in leg. cum precum, C. de liber. caus. quod ubi præcedit deliberatio præsumitur, quod confessio fuit facta ex certa scientia, & adde Bald. in leg. accusationem, col. 3. C. de accusatio. & gloss. in cap. si quis iratus, 2. quæst. 3. dicentem per rex. ibi, quod ibi non erratur, ex deliberatione aliquid fit.

(3) A los otros. Idem dic in fideicommissario universalis, in quem transeunt omnia onera, secundum Bartol. & Paul. de Cast. quem vide in leg. 1. §. ait prator. ff. de jure deliber. licet legatario non datur, ut ibi dicit gloss.

(4) La mayor partida de la herencia. Not. hoc quia non ita bene aperiebatur per LL. juris communis, quod terminus ad deliberandum peti debeat coram iudice, ubi est major pars hæreditatis, facit L. si fideicommissum, in princ. ff. de iudic.

(5) Ante que se otorguen. Adde L. si curatoris, C. de jure deliber.

(6) Las cartas. Intellige tam de debitis, quam de creditis. & ut exhibentur instrumenta creditorum hæreditatis fiet proclama, ut infra tale tempus exhibentur, ut hæres deliberans possit inspicere, ut dicit gloss. Bart. & Paul. in leg. Aristot. ff. eod. & post terminum non audiuntur creditores, si non exhibuerint L. 1. §. cum igitur.

miento a los que son establecidos por herederos en testamento de otro, e aun a los otros (3) que han derecho de heredar, por razon de parentesco, los bienes de alguno que muriesse sin testamento. Ca en tal plazo como este pueden ver, si tomando la herencia, les viene ende pro, o daño. E deuen demandar los herederos plazo para esto, al Rey, o al Juez del logar, do es la mayor partida de la herencia (4) del finado. E este plazo deuen demandar, ante que se otorguen (5) por herederos de palabra, o de fecho. Otrosi les pueden pedir, que les fagan mostrar las cartas, (6) e los escritos, que pertenescen a la herencia, porque ellos se puedan mejor conseyar. E estas cosas, dezimos, que pueden pedir los herederos, quantos quier que sean, vno, o muchos. Fuera ende, si alguno dellos fuere siervo (7) de otro. Ca el que tal fuessse, non lo puede fazer; ante lo deve demandar su señor por el. Otrosi, quando alguno de los herederos fuessse menor de veynte, e cinco años, (8) non podria el demandar, por si, tiempo para demandar, e auer este conseyo; mas deuelo demandar por el, aquel que lo ouiere en guarda.

L E Y II.

Quanto tiempo deve ser otorgado por plazo a los herederos, para auer el conseyo sobredicho.

VN año (1) de plazo puede el Rey dar a los herederos, en que se conseyen, si quisier.

tur, ff. si cui plus quam per L. fauci, & facit secundum Angel. in dict. leg. Aristot. quod si actor in libello faciat mentionem de aliquibus instrumentis, possit petere reus: ut illa exhibeat: ut deliberare possit, & quod alias non tenebitur respondere, & est practica Innocen. in cap. 1. de probat.

(7) Siervo. Et si delata sit hæreditas monacho, Abbas, & non monachus petet tempus ad deliberandum: cum jura loquentia in servis, locum habeant in monachis secundum Innoc. in cap. cum olim, de privileg. maxime quia, & Abbas solus potest adire hæreditatem sine monacho, ut not. Innoc. in cap. 1. de probat. in fin. gloss. magna, Paul. de Cast. in leg. 1. ff. de jure deliber.

(8) Menor de veynte, e cinco años. Non ita bene expressum reperies de jure communi, nam L. ait prator. ff. eodem, loquitur in pupillo, & non in adulto: imò videbatur, quod sicut adultus per se potest adire hæreditatem, ut in leg. puberem, C. de jure delib. leg. 13. infra eod. in fin. ita etiam posset petere terminum ad deliberandum: unde videtur, quod ista L. debeat intelligi in adulto habente curatorem, L. si curatoris, C. de integram rest. minor. nam si non haberet: sicut posset adire, posset etiam à iudice petere tempus ad deliberandum.

L E X II.

Quando tempus deliberandi petitur à Rege: Rex concedit annum: sed si petatur à iudice loci, ubi est major pars bonorum hæreditatis: indulget novem menses, vel minus, si sibi visum fuerit: non tamen minus, quam centum dies: & si hæres intra tempus deliberationis indultum moritur, ejus hæres habebit reliquum tempus, quod superest. Si vero post tempus illud moritur, si non erat mortuus de liberis ejus hæres repellitur, si autem erat de liberis, admittitur hæres ejus tempore lapsio non obstante. Hoc dicit.

(1) Vn año. Ortum habet à L. fin. §. & hac quidem, C. de jure deliberand.

feren romar la herencia en que son establecidos, o non; mas los otros Juezes les deuen dar nueue meses. (2) Pero si entendieren: que en menor tiempo le podria acordar, bien les pueden menguar este plazo, dandoles cient dias

(2) Nueue meses. An procedit hoc, etiam si haeres sit de liberis testatoris, quibus ad agnoscendam bonorum possessionem dabatur annus, ut in leg. 1. per totum, & in S. largius, ff. de success. edict. & iubetur iudici in praefixione huius termini imitari praetoris edictum, ut in leg. si quis instituitur, §. 1. ff. de heredit. instituend. doct. communiter velle videntur, quod non possit minus anno dari liberis: ut tradunt Alex. & Jas. in rubric. C. de success. edict. sed Ludov. Roman. in leg. quandiu institutus, ff. de acquir. heredit. & consil. 493. incipit, in causa consultationis proposita aduertendum, vult, quod non habita distinctione inter haerem suum, vel extraneum: hodie tantum dentur novem menses per text. in leg. fin. §. sed quia quidam, C. de iure deliberand. Ad quem tex. respondit Alex. & Jason. ubi supra, quod loquatur in extraneo haere, videtur de mente huius, L. partitarum, quod tam haeredi de liberis, quam extraneo tantum assignentur novem menses: & non annus ille, qui dabatur de iure praetorio ex eo: quia ista L. ut patet ex sine loqui videtur in utroque: & quia ista LL. partitarum non curantur de illis bonorum possessionibus, induditis a iure praetorio.

(3) Cent dias. Adde L. itaque, ff. eodem, sed an post lapsum termini assignati poterit, si adhuc vivat, adiret, tex. cum gloss. est, quod non in leg. quandiu institutus, ff. de acquir. heredit. licet nullo assignato termino perpetuo possit adire, L. licet, C. de iure deliber. gloss. in leg. cum antiquioribus, C. eod. & tenet Azo. in summa eiusdem tituli, Bald. in dist. leg. licet, in hoc tamen dilatus, quod si iste terminus assignetur ad petitionem filii ex haereditate, servandum est, quod habetur in leg. scimus, §. illud, C. de in offic. testam. si vero ad petitionem creditorum, tunc post tempus praefixum videtur adire, ut in leg. scimus, §. penult. C. de iure deliberand. dixit tamen in hoc Bald. in rubric. C. de success. edict. unum verbum singulare, quod hoc non prodest omnibus, sed solum creditoribus ad quorum petitionem est terminus assignatus, argument. L. de atate, §. qui tacuit, ff. de interr. actio. versic. contumax. autem, & leg. fin. tene menti hoc dictum Bald. non enim reperio docto. ibi qui in hoc ei contra dicant: si vero terminus statuatur ad petitionem substituti, tunc elapso termino videtur haeres repudiasse, seu habetur pro repudiante, ut in dist. leg. quandiu, & ibi gloss. & Bart. & idem Bartol. in leg. si quis suus, ff. de iure deliber. & in leg. filii mater, ff. ad Tertul. Adverte etiam, quod si haeres sit de liberis, videtur, quod ex lapsu termini sibi praefixi ad deliberandum, non excludatur a successione per istam legem partitarum, in fine, ubi dicam, quod autem si motu proprio haereditis, & non ad instantiam alterius petita esset dilatio ad deliberandum. Cynus, & Fulgo. in leg. fin. versic. fin autem hoc, C. de iure deliberand. dicunt, quod tunc procedet ille tex. scilicet, quod habetur pro adente elapso termino, quod limita, & intellige, ut per Alexand. ibi, quando tempus ad deliberandum fuit datum integrum: fecus si fuerit per iudicem abbreviatum: quia tunc secundum eum etiam si datum esset ad instantiam substituti, non videretur repudiare, vide ibi per eum qui, & aliis modis etiam dictam limitationem. Adverte etiam, quod si haeres dicat: credo hereditatem esse respiciendam: si cum his verbis transeat cursus tertium mensium, inducitur repudiatio, vide in leg. fin. in princ. cum gloss. ibi super verbo, melius, & ibi Bart. & Paul. & Alex. C. de iure deliber.

(4) Alomenor. Innuite, quod iste terminus non possit per iudicem abbreviari: non enim haeredes sunt praecipitarius, ut in lege prima, §. largius, ff. de success. edict.

(3) a lo menos. (4) E si por aventura, alguno de los herederos muriese, ante que se cumpliera el plazo que les era puesto, (5) aquel tiempo que le fincaua (6) despues de su muerte, devuelo auct su heredero, para confejarse. Pero

& ita tenet Bartol. in leg. si quis instituitur, ff. de hereditibus instituendis, dicens, quod ex hoc mille processus de vastabantur, & Bartol. sequitur ibi Joannes de Imol. & idem tenet Bartol. in leg. quandiu institutus, ff. de acquirenda hereditate, quod tamen limita, & intellige, ut procedat quoad habendum haerem pro adente, vel repudiante, juxta id quod dixi in gloss. praecedenti: sed quoad hoc, ut curator detur bonis, qui respondeat creditoribus, minor terminus possit praefigi, ut in leg. prima, §. sane, ff. de success. edict. L. si curatoris, C. de iure deliberand. & tenet doct. communiter, ubi etiam Jason. & Alex. in rubric. C. de success. edict. ubi Alex. & Decius volunt, quod ex causa successus iudex etiam istum terminum abbreviare ex regula, quam tradit Bart. in leg. 2. ff. de re judic. caput. cum sit romana, ubi etiam Decius de appellat., & causa possit esse si aliquid celeritatis requireret, ita, ut haereditis longa deliberatio damnum afferat: ut si iustus sit haeres dare aliquid alimenta ex die postquam hereditatem adierit, qui interim periret fame, vel alius casus occurreret desiderans celeritatem, ut etiam tradit Bartol. in dist. lege 2. & satis hoc placet.

(5) Que les era puesto. Idem dic, & si nullus terminus esset a iudice datus: tunc enim succedit respectu transmissionis juris adendum annus legalis, de quo in leg. cum antiquioribus, C. de iure deliberand., & ibi gloss. in verbo, meruerit, quae communiter approbatur: sed pone, quod aliquis sciens hereditatem sibi delatam, stetit per 10. menses, quibus neque adivit, neque repudiavit: qui tamen intra duos menses, qui restabant ad complendum annum, petit a iudice dilationem ad deliberandum, juxta terminos huius, L. & sic iudex dedit ei novem menses, vel centum dies, nunquid infra istum terminum a iudice praefixum, licet annus legalis sit elapsus, transmittit jus adendum ad suum haerem, ut hic dicit Baldus in dist. leg. cum antiquioribus, in quinta questione determinat, quod sic; ubi idem tenet Paul. de Cast. & idem Paulus in leg. fin. §. finali, C. de iure deliberand., Jason tamen ibi tenet contrarium, dicens in contrarium esse text. clarum, & apertum in dist. leg. cum antiquioribus ibi, cum dicit ita tamen, ut unius anni spatium eadem transmissio fuerit conclusa, junctis praecedentibus, in quibus imperator loquitur etiam quando novum spatium est imperatum a Principe, vel a iudice, & ita dicit, quod tenuit expresse Raphael. & Alex. in leg. fin. §. fin. ubi dicit Alex. in fin. gloss. in verbo, minime positam, in dist. leg. cum antiquioribus, hoc ita voluisse. Tu tene menti istam legem partitarum, quae videtur approbare dictum Baldi, & Paul. cum nullam mentionem faciat, quod transmissio ista concludatur anno; & quia dist. leg. cum antiquioribus, non clare, & aperte, ut dicit Jason. est contra dictum Bald. imò vult illa L. quod, & si dilatio major anno detur a iudice, quod possit ex causa per iudicem fieri ex notat. per Bartolom in leg. 2. ff. de re judicata, & per Abbatem in cap. 1. col. 2. de dilatio. sicut etiam possit minuire ex causa, ut dixi supra in gloss. super parte, alomenor, tamen respectu transmissionis, non poterit prorogari annus ille per dictam legem: non vero negat illa L. quod si beneficium iudicis jungitur cum beneficio legali, procedat dictum Baldi.

(6) Que le fincaua. Et sic, si fuerint assignati centum dies, & dececit haeres post quinquaginta, haeres ejus poterit adire intra alios quinquaginta, & non postea: quia ubi habetur terminus a iudice ad deliberandum, non est tractandum de termino legali anni: & tantum transmittitur residuum illius temporis, quod defunctus a iudice habuit, ut etiam declarat Paul. de Cast. in dist. leg. cum antiquioribus, ubi etiam vult gloss. in verbo, meruerit.

Pero si se muriese despues del plazo, (7) ante que se otorgasse por heredero, si este atal era extraño, el su heredero non aura derecho ninguno en la herencia, tobre quel finado auia tomado plazo para confejarse. Mas si aquel que fino, descendiese de la línea derecha (8) del testador que lo establecio por su heredero, (9) estonce fu heredero puede auer la herencia; maguer aquel a quien heredaua, sea muerto de Partida VI.

(7) Despues del plazo. Intellige de dilatione a iudice statuta, vel si non fuit statuta de annali dilacione a die scientiae delatae hereditatis, juxta dist. leg. cum antiquior. C. de iure deliberand., & nota, quod vehemens opinio habetur pro scientia, L. in summa, §. idem labor, ff. de aqua pluvia, arceda, licet et non congruat distinctio scientiae, quae tunc habetur, cum quis novit causas, & principia usque ad elementa, ut tradit Aristot. in princip. Metaph. ita Angelus in dist. leg. cum antiquioribus.

(8) Descendisse de la línea derecha. Nam hereditatem suorum parentum ex paterna, vel materna linea, quilibet de liberis perpetuo potest adire: & perpetuo potest transmittere, etiam ignorans delatam sibi esse hereditatem, L. licet, C. de iure deliberand., & L. unica, C. de his qui ant. apert. tabul. Et adverte: cum hic dicit, descendisse: nam ex hoc videtur decidere quaestioem illam, an liberi transmittant hereditatem ad ascendentes ex dispositione, dist. leg. unica, de qua per gloss. in leg. 2. C. ad officia. quae voluit, quod transmitteretur etiam ad ascendentes: sed communiter Doctores, tenent contrarium ibi, & in dist. leg. unica, & in leg. si infanti, C. de iure deliberand., & hoc quando transmissio consideratur ex potentia sanguinis, ut est in casu huius legis, & dist. leg. unica, nam si esset ex potentia iuratis, filius suus haeres nedum transmitteret hereditatem patris ad matrem, vel alios ascendentes: imò etiam ad quoscunque haeres extraneos, ut in leg. apud hostes, ubi gloss. C. de suis, & legit. haere. Bartol. & Alexand. id dist. leg. si infanti, & alii multi relati a Decio consilio 331. col. 3. incipit, pro resolutione casus propositi, & consilio ducentesimo quinquagesimo, incipit, antiqua, & satis nota.

(9) Su heredero. De filio, vel alio ab eo descendenti intellige, qui etiam debet esse haeres: nam si esset ex haereditate, licet esset de liberis, non fieret in eum ista transmissio, gloss. & doct. in dist. leg. unica, & propterea ista L. dixit, su heredero. Item intellige de liberis legitimis, & naturalibus: nam ad adoptivos non fit haec transmissio, neque ad naturales non legitimos: quia appellatio liberorum in legali dispositione, non refertur ad naturales, L. generaliter, C. de institutio, & substituitur. secundum Angelum in dista leg. unica.

(10) Muerto despues del plazo que le fue dado. Tene perpetuo menti istam legem, quae vult, quod ille qui est de liberis testatoris, & si decedat post terminum sibi a iudice praefixum ad deliberandum, non per hoc censetur exclusus ex lapsu termini: imò, & adhuc transmittit jus adendum ad suos descendentes ex potentia sanguinis, prout hic habetur, & in dist. leg. unica, C. de his qui ante apertas tabul. & sic ista L. partitarum in hoc videtur adversari dictis Azon. C. de iure deliberand., in summa, col. 3. versic. praeter hoc sciendum est, & gloss. in dist. leg. cum antiquioribus, super parte, beneficio, ubi gloss. dicit, quod suus, seu qui est de liberis testatoris, perpetuo adit, & perpetuo transmittit ad liberos suos, ut in leg. unica, §. in novissimo, C. de caducis tollendi, & in dist. leg. unica, hoc ita dicit gloss. nisi repudiavit, per certum tempus adendum haereditatis non praeteriit, per tex. quem gloss. allegat in leg. quandiu institutus, ff. de acquirend. heredit. Bartol. etiam in leg. ex militari, §. 1. ff. de testam. militi, quando terminus ad delibe-

pues del plazo que le fue dado (10) para confejarse.

L E Y III.

Como, mientras durare el plazo en que se deve confejarse el heredero, non puede vender, nin enajenar, ninguna cosa de la herencia.

Vender, nin enagenar (1) ninguna cosa de los bienes del testador, non deve (2) el heredero, mientras durate el plazo que le fue Partida VI. L 2 otor-

randum est statutus a iudice, vult idem esse in suo, quod in extraneo, ubi vero nullum tempus est statutum, tunc dicit ipse, quod remanet differentia inter suum, & extraneum: quia suus ad quoscunque, & quandocunque transmittit: extraneus infra annum tantum, & idem vult Alexand. in dist. leg. cum antiquioribus, numer. 4. & sic tam gloss. quam doctores, distinguunt, an terminus ad deliberandum sit legalis, ut annus: de quo in dist. leg. cum antiquioribus, ut tunc suus, vel qui est de descendentibus perpetuo transmittat, etiam elapso anno illos vel an sit terminus statutus a iudice, & tunc etiam in suo procedat, ut elapso termino habetur pro adente, vel repudiante, secundum, quod habetur in dista leg. quandiu, cum gloss. & dixi supra super gloss. in verbo, cient dias, & ut dixi tam gloss. quam doctores. moventur per tex. in dist. leg. quandiu, intelligentes eam tam in suo, quam in extraneo, & ut in ista L. partitarum vides, deciditur contrarium, imò, quod in hoc sit differentia inter suum, seu descendentes testatoris, & extraneum, Ludovic. vero Roma. quem etiam refert, Alex. in dista leg. cum antiquioribus, in leg. venter, ff. de acquirenda hereditate, relinquebat cogitandum, an decisio Bartol. in dist. leg. ex militari sit vera, & adducebat contra Bartol. quia licet filius petisset terminum ad deliberandum, potuisset ille renuntiare, & venire reeta via per facultatem adendum sibi perpetuo concessam, lege suum, juncta, L. licet, C. de iure deliberand., ergo haeres ejus debet etiam posse facere: quia est ejusdem conditionis, cui erat transmittens, L. si quis filium, §. 1. ff. de acquirenda hereditate, & idem tenet Fulgositus, ubi vide Jasonem, in leg. que sit patris, C. unde liber. & vide per Jasonem, in leg. fin. C. de repudiari haere. in 9. limitat. & dictis Roman. satis faveat ista L. partitarum, mentis igitur eam commenda, & non potest dici, quod in hoc corrigat aliquam, L. juris commanis, dist. enim L. quandiu, licet in distincte loquatur: non tamen exprimit de suo haerede, seu de descendente, qui perpetuo potest adire, & transmittere, & quatenus dist. gloss. & doct. intelligebant eam etiam in tali suo haerede, reprobat hic per istam L.

L E X III.

Deliberatione pendente non potest haeres vendere rem hereditariam nisi ex mandato iudicis, & ex iusta causa. Hoc dicit.

(1) Vender, nin enagenar. Innuite prohibitionem venditionis non comprehendere omnem speciem alienationis: in contrarium videtur tex. in leg. statu liberi, §. 1. ff. de statu. liber. vide per Bald. & Jas. in leg. fin. ff. de condi. ob causam per Abb. in cap. 1. de his que sunt a praes. & in cap. 1. de rer. permutat. & Joann. de Plat. in leg. quem admodum in princ. C. de agricol. & censu. lib. 11. & dixi, supra, §. part. tit. 5. L. 43.

(2) Non deve. Hoc dicit, quia si aliter faceret haeres, videretur adire unde non sibi praedictet, ita ad alienationem procedere debet, L. Arist. §. si major, ibi sine praedictio, & ibi Bart. ff. de iur. de liber. ubi etiam dicit Paul. de Cast. quod, & requiratur, ut potestetur expresse, quod non facit animo adendum, argum. L. 4. ff. quib. mod. pignus, vel hypoth. solui, quod non credo, quia satis est adire super hoc iudicem, ex quo videtur tacite hoc protestari, ut probatur in dist. leg. 2. L. 2. otor-

otorgado para acordarle. Fuera ende, si lo fiziese por mandado del Juez por alguna razon derecha. E esto seria, como si mandasse vender alguna cosa, que fuesse menester para enterramiento (3) del finado, o para gouernar su compania, o para reparar, o fazer las casas; o para labrar la heredad, (4) si entendiere que es menester, o que se menoscabarian si asi non lo fiziese; o si ouiesse a pagar algun debdo a dia cierto, e si non, caeria por ende en alguna pena; o si acadesse que ouiesse de fazer alguna cosa otra, que si la non fiziesse, que vernia por ende dano, o menoscabo, a los herederos que ouiesse de auer la herencia.

L E Y III.

Como el heredero, que tomo plazo para confejarse, deue tornar la herencia a los que la deuen auer, quando non la quisiesse.

Verienduo auer conjejo, si tomara la heredad, o non, el que fuesse estableci-

dot. §. 1. & hic, si tamen heres infra tempus deliberandi esset constitutus curator hereditatis, quod fieri potest iuxta L. si quis instituator, ff. de heredit. instituen. §. fin. potest etiam sine iudicis licentia ista facere, ut declarat Bart. in leg. ait prator. ff. de jur. deliberand. & hoc quando heres est major: si tamen sit pupillus, licet datus sit curator hereditatis, nihil, potest minuire, siue licentia iudicis, ut in dicta leg. ait prator. & ibi Bartol.

(3) Enterramiento. Sumptum est in dicta leg. ait prator. versic. ergo, & funeris causa, ff. de iure deliberand. ubi etiam de his que statim subijcit ista L.

(4) Las casas; o para labrar la heredad. Angel. in dicta leg. ait prator. §. 1. inducit, ut pro bovis emendis ad culturam agrorum, & pro edificis faciendis, que sunt destructa, possit Prælati Ecclesie vendere de bonis ecclesie: & intelligitur etiam de Prælati, qui non possunt alienare in consilio Principe, seu Papa: ut sunt communiter omnes magni Prælati.

L E X III.

Si deliberans repudiet, tenetur bona hereditaria creditores, vel successores restituere, vel prævia judiciali taxatione jurabunt ipsi in licem super bonorum quantitate. Hoc dicit.

(1) De tornar. Innuit ista L. quod pendente dilacione, que datur heredi ad deliberandum, res hereditaria debent esse penes se. Idem probatur in leg. fin. versic. si autem hoc, & ibi not. Alex. post Fulg. C. de iure delib. & in verbo, quid si post deliberationem.

(2) Los bienes del testador. Quæ defunctus reliquit tempore mortis non tamen ea que per dominationem inter vivos, seu alio contractu heres habuit a defuncto: sed contractus firmi permanent, licet heres repudiet, L. sicut, C. de alio, & oblig. etiam si fiant in testamento iuxta gloss. in leg. heredes palam in fin. ff. de test. quantuncunq; postea irritetur testamentum arg. L. fin. ff. de reb. eorum, secundum Bald. in leg. heredes, C. de omni agr. deserv. lib. 11. ubi etiam Joana. de Plat. imò capere potest etiam prælegatum, L. qui filiius, §. fin. & l. sequenti, ff. de leg. 1. & donationes ratæ manent, ut in authent. unde si parens, C. de in offic. test. casus tamen est specialis, in dicta leg. heredes, in quo hereditati renuntians perdit omnia, que quocunque titulo defuncto perceperat, S. in herede scripto a debitore tributatio fisci, quam L. Bart. & Joann. de Plat. inducunt in argumentum, quod institutus heres a debitore communis perussi, si repudiet ejus hereditatem, privetur

do por heredero; si acadesse, que la non quisiesse recebir, tenudo es de tornar (1) toda la herencia, e los bienes del testador, (2) a los que deuiere algo el finado, o a los que ouieren derecho de la auer. E si por auentura, non les quisiesse entregar en los bienes del testador, que passaron a el, estonce aquellos que han derecho de los auer, deuen jurar quantos son, e ser creydos por su jura; (3) estimandolos primeramente el Juez, segun su aluedrio, quanta suma deuen jurar.

L E Y V.

Como el heredero, non queriendo tomar plazo para confejarse, debe entrar los bienes del defunto seguramente, faziendo Inuentario primero.

Inuentario, en latin, tanto quiere dezir, en romance, como escritura que es fecha de los bienes del finado. E fazen los herederos (1) tal escri-

omnibus bonis, quocumque titulo a testatore acquisitis. Lucas tamen de Pen. in dicta leg. heredes, intelligit aliter illam L. scilicet, quod nulla sit specialitas in herede: nec illa L. dicat, quod heres volens pro minus idoneis prædiis præstare tributa fisco, amittat alia bona, quæ alias quocunque titulo sibi a testatore ob venerunt: imò vide illa L. quod amittat alia bona utilia, quæ a fisco quocunque titulo susceperat, & cum text. dicit ex eisdem bonis, exponit, scilicet fiscalibus non testatoris: quia sic esset etiam in alio possessore, L. qui fundus, & L. sequenti, eod. tit. & L. que utilia, quæ statim sequitur post, dicta leg. heredes, cum aliis concordantiis allegatis ibi, per cum Angel. etiam in leg. 1. ff. de acquirend. hered. ubi gloss. allegat, dicta leg. heredes, dicit istam L. esse peregrinam, & quod loquatur cum ex dispositione legali aliquid defertur, quo casu, licet illud sit diduidum: non tamen est licitum pro parte acceptare: & pro parte renuntiare, & ideo secundum eum, si ex forma statuti bona immobilia patris condemnati: filiis conservantur: ne cogantur mendicare, non possunt acceptare partem eorum, & partem repudiare: quinimo si civitas statuens habet privilegia fiscalia, ut Florentia, coguntur filii talia bona agnoscere, si obnoxia sunt debitis fiscalibus: & nisi illa agnoscant, privantur aliis bonis jam quæsiis a paterna substantia, ex alio capite, Alex. in dicta leg. 1. intelligit, dicta leg. heredes, pro ut Bart. & Plat. intelligunt, quando bona obvenuerunt jure hereditario, & quod sit specialis casus favore fisci, unde non possit ad alium casum extendi. Tu cogita: quia lex illa utrumque intellectum patitur.

(3) Por su jura. Intellige quando heres non fecit inventarium, prout loquitur, L. fin. §. pen. versic. quod si post deliberationem, C. de iure deliber. de qua ista sumpta est.

L E X V.

Inventarium debet incipere heres infra xxx. dies postquam scit se heredem, & tenetur perficere infra tres menses: sed si omnia non sunt in eodem loco datur ei anni spaciun ultra illos tres menses: & convocatis legatariis debet scribi per notarium eis presentibus, & si absent, vel præsentibus non veniant fiat coram tribus probis testibus heredem cognoscentibus. Et in ejus principio faciat heres signum crucis: deinde omnia bona hereditaria scribantur: & in fine scribatur heres se ibi omnia bona scripsisse. Hoc dicit.

(1) Los herederos. Quid de usufructuario omnium bonorum, an teneatur ad confessionem inventarii: ne alias insolidum teneatur creditoribus, & legatariis? Videtur, quod

Cavelly
Contror.
lib. 8. cap.
30.
Carpio &
Carpent. lib.
3. cap. 10.

critura como esta, porque despues non sean tenudos de pagar las debdas (2) de aquel que heredaron, fueras ende en tanta quantia, quanto montaren los bienes (3) que heredaran del finado. E deuen comenzar a fazer este inuentario a treinta dias, (4) desque sopieren (5) que son herederos del finado, e hanlo acabar fasta tres menses. Pero

si todos los bienes de la herencia non fuesse en vn lugar, estonce bien les pueden dar plazo de un año, demas de los tres menses, (6) para reconofcerlos, e meterlos en escritura, E la manera de como debe ser fecha la escritura de tal inuentario, es esta: que se deue escreuir por mano de algund Eicriano publico, e deuen ser llamados (7) todos aque-

quod sic: cum onus æris alieni cum sequatur, licet non onus legatorum, ut tradit Bartol. in leg. fin. ff. de usufruct. leg. & vide per Decium consil. 418. incipit visa, & iterum lecta in 4. dubio, ubi an possit sibi per testatorem remitti confessio inventarii de veritate tamen dicit Bart. in dicta leg. fin. videas omnino per Alex. in leg. usufructus, ff. ad leg. falcid. & per Guil. Bened. in repet. cap. Raynuntius, de testam. in verbo cetera bona, 6. & 7. fol. Et nota bene cum hic dicit herederos, nam succedentes non hereditario jure, ut illi quibus bona adjunguntur causa libertatum conservandarum, vel monasterium occupant bona ingredientis, propter ingressum religionis: vel pater occupans bona filii jure peculii, vel fiscus occupans bona confiscati, & si non faciant inventarium, non tenebuntur in solidum, & idem de executoribus hereditarii, qui tenent vicem heredum ut tradit, Joann. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instrument. editio. §. nunc aliqua, in additione incipient. Jacob. de Aren. & Angel. in leg. 1. §. hac stipulatio, col. 2. ff. si cui plusquam per legem falcid.

(2) Las debdas. Adde etiam legata, ut in authent. de hered. §. falcid. §. si verò non fecerit, colla. 1. & infra eod. L. 7. & ex ista ratione, quam dicit ista L. videtur probari, quod hæres coheredat, neque universalis fideicommissario, non teneatur facere inventarium, quod etiam tenet Joan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instrum. editio. §. fin. in additione super verbo, ficerit: contrarium tamen, respectu universalis fideicommissarii, tenet Socin. consil. 51. 3. volum. incipit, viso testamento, ubi non allegato hoc dicto Joan. Andr. dicit, quod licet lege non caveatur, quod hæres fideicommissario universalis teneatur facere inventarium, tamen concludendum est ex mente Doct. quod teneatur hac ratione: quia tenetur reddere rationem, ut est casus, & ibi gloss. Bart. & Doct. in leg. cum tale, §. Titius, ff. de condition. & demonstrat. sed inventarium est caput rationum, L. 1. §. officio ff. de tutel. & ratio. distra. igitur tenetur facere inventarium, & satis hoc placet ex quo militat eadem, & major ratio, quam in legatis particularibus. Adde Alber. in dicta leg. fin. versic. fin autem dubio, colum. 2. versic. item quæritur, vid. quod dicit Alex. in leg. in ratione, §. quod unigo, col. 8. ff. ad leg. falcid. post Rayno. Cuius ubi vult, quod licet hæres ad instantiam fideicommissarii universalis teneatur facere inventarium, tamen si noo faciat, non tenebitur ultra vires hereditarias, neque poterit ob hoc jurari in litem, contra heredem.

(3) Bienes. Adde L. fin. versic. & si præstatam, C. de jur. deliber. ubi etiam ponitur aliud commodum, quod sentit hæres ex confessione inventarii, scilicet, quod sibi non imputatur, si solvat primo venientibus, quod an procedit, etiam aliquibus defunctus extorlerat usuras (quibus dicebat Archie. in cap. sanè 14. quest. 5. prius esse solvendum, quam legatariis, licet primo veniant) vide per Alex. in dicta leg. fin. est præstatam, versic. item nota. ubi etiam quid de executoro dato ad emendationem damnorum datorum per testatorem, an possit solvere primo venientibus.

(4) Treinta dias. Quid si non incipiat inventarium infra triginta dies, sed postea in aliis duobus mensibus inchoavit, & perfecit? Cin. Bart. & Bald. in dicta leg. fin. C. de iure delib. tenet, quod sufficit, quia inchoate infra mensem est ommissio levis solemnitatis. Albericus tamen & Angel. ibi tenent contrarium, quod etiam tenet Joan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instrument. editio. §. fin. in additio. incipit. quid si perfecit, & etiam post multos antiquos, quos ibi refert, sed Alexand. in dicta leg. fin.

§. si verò postquam, dicit, quod post factum teneret opinionem, quod valeat: sed re integra servaret opinionem Joan. Andr. & sequatium.

(5) Sopieron. Gloss. in leg. fin. in princ. super verbo delatam, C. de jur. deliber. supplet, & postquam adita sit hæreditas, volens, ut tempus confessionis inventarii non currat ante editam hereditatem, allegat gloss. §. si verò postquam, in eadem leg. qui text. non concluditur hoc probat, quia ibi non dicitur, quando incipiat tempus conficiendi inventarii: & ideo ibi facit mentionem de additione, quia si non adivisset, non posset heres conveniri in solidum. Bart. etiam in dicta leg. fin. & in leg. statu libero, §. si quis heredi, ff. de statu libe. per illum text. tenet opinionem gloss. qui text. verò non probat hoc non: quia in casu illo non poterat legatarius dare heredi, ut jussit testator, nisi esset heres per additionem, & ista opinio gloss. & Bart. est magis communis, secundum Alex. in dicta leg. fin. in princ. col. 3. ubi refert tenentes istam opinionem, & illam etiam tenet Albe. ibidem in verbo fin autem dubius, qui etiam refert Marti. Silla. dicentem, quod conficiendo inventarium, hæres videtur adire per text. in leg. pro herede, §. pen. ff. de acquir. hered. quod tamen non credo verum, neque dictum, §. pen. hoc probat, & contrarium probatur in dicta leg. fin. §. pen. versic. quod si post deliberationem, C. de iure delib. potest namque fieri inventarium citra additionem hereditatis, ut ibi colligitur, & in §. fin autem hoc aliquis, eisdem leg. contrariam opinionem, & quod istud tempus currat a die scientie delate hereditatis, tenet Ricardus Malun. in dicta leg. fin. in princ. Spec. & Joann. Andr. titul. de instrum. editio. §. fin. Sali. in dicta leg. fin. ubi etiam Paul. de Castro, quod cautum esset observare istam opinionem, mihi satis placet opinio gloss. & communis maxime cum temperamento Bar. in dicta leg. fin. quando non maliciosè, & inculpabiliter heres diffultit additionem, pro qua satisficit ista L. partitarum, ibi, facen los herederos, tal escritura como esta porque despues, & c. Sentit enim de herede, qui jam adivit, & qui alias alitridus esset omnibus oneribus hereditariis, & clarius, & expressius probatur in leg. 10. infra eodem, ibi, de que ouiere entrado la heredad del testador, & idem videtur dicendum de substituto per fideicommissum, ut currat sibi istud tempus a die acceptationis fideicommissi, & non a die scientie, licet Joan. Andr. in dicta leg. fin. in additione ad Speculatio. col. 6. in additio. incipit. secundum Vber. aliud voluerit.

(6) Tres menses. In leg. fin. in princ. de qua ista sumpta est, dicitur de nonaginta diebus: & sic vult ista L. partit. quemlibet mensem continere 30. dies cum sit mentio mensis, & gloss. voluit aperte, in dicta leg. fin. in princ. super verbo 60. vide de hoc per gloss. in cap. quam sit, de election. lib. 6. super verb. mensum, & per alios relatos per Alex. in dicta leg. fin. quibus adde Bart. in authent. ut fass. nov. constituitur. colla. 5. & in authent. in cum de appella. cognos. §. 1. colla. 8. & Rochum in tractatu de jure patronat. Char. 11. col. 2. & notatur per Alex. consil. 114. col. pen. & fin. 5. volum. & per Bald. in leg. 1. ff. si quis cautio. videtur tamen ex quo ista L. usa est hoc termino trium mensium, quod etiam inventarium perficiatur nonagessimo primo die, quod satis sit, ut in leg. ubi L. ff. de regu. jur.

(7) Llamados. Sufficit unica citatio, et non sit peremptoria, cum judex nullam debeat ferre sententiam: sed tantummodo coram eo debet expirari actio inventarii, secundum Angel. in leg. 1. §. hac stipulatio, col. 5. ff. si cui plusquam per leg. falcid. ubi etiam vult, quod ista requiritio posset fieri per judicem laicum, & si legatarii, & c.

aquellos a quien mando el testador (8) alguna cosa en su testamento, que esten presentes, quando fizieren tal escrito. E si por aventura, alguno de aquellos que han de auer las mandas, fuere a otra parte, (9) o fuere en el lugar, e non quisiere (10) venir quando le llamaren, estonce deuefe fazer tal escrito ante tres testigos, (11) que sean omes de buena fama, e aiales que conozcan (12) a los herederos. E en comienzo de la carta deue el heredero fazer la señal de la Cruz, (13) e de si, a de comenzar el Escríuano a escreuir, diziendo asfi. En el nombre de Dios, (14) Padre, e Hijo, e Spiritu Santo: e de si, escreuir, e poner en el inuentario, todos los bienes de la herencia. (15) E

en la fin de tal carta deue escreuir el heredero, de su mano, (16) que todos los bienes del testador son escritos en este inuentario lealmente, e que non fizo ningun engaño. E si por aventura el non supiere escreuir, deue rogar a alguno de los Escríuanos publicos, que lo escriuan en su lugar, ante dos testigos.

L E Y VI.

Como, aquellos que han de resebir debdas, o mandas, de las herencias del finado, si non se acacieren al Inuentario, pueden pesquerir, e saber, si son y puestos todos los bienes.

Legatarios llaman, en latin, a aquellos a quien manda el testador alguna cosa en su testamento.

creditores sunt sacerdotes, praelati, vel iudices asistentes in magistratu: licet tunc dicitur esse viam, quod iudex laicus scribat superioribus sacerdotibus, vel praelatis, si eius copia de facili haberi potest. quod moueat talem sacerdotem, vel praelatum, quod si sua putaverit interesse, compareat coram tali iudice laico ad videndum fieri inuentarium.

